

vexillatione militaverint, honestam vel causariam missionem consecuti esse ostendantur. Unde cum te in cohorte militasse commemores, intelligis supervacuo vacationem tibi velle flagitare.

TIT. LV.

QUIBUS MUNERIBUS EXCUSANTUR HI, QUI POST IMPLETAM MILITIAM, VEL ADVOCATIONEM PER PROVINCIAS SUIS COMMODIS VACANTES COMMORANTUR, ET DE PRIVILEGIIS EORUM, ET DE CONDUCTORIBUS VECTIGALIIUM FISCO.

Qui militiam, vel advocacionem impleverunt, præter ea privilegia, quæ jam adepti sunt, nec frumenti, aut olei comparandi curam, vel inspectionem operum, vel ratiocinium, vel defensionem civitatis vel patris civitatis munus, vel curacionem reip. vel curacionem annonæ exercent, sed et habitent ubi voluerint, nec præsidibus ultra portas occurrere cogantur, nec ad curias sive collegia vocentur inviti, vel nominentur, vel nominent, nec descriptiones præbeant consuetudinum, vel spectaculorum nomine. Unam domum quoque habeant liberam onere suscipiendorum militum supervenientium iis, qui in locis versantur, dignitate aliqua præditis suam immunitatem obtinentibus. Hæc enim constitutio priora beneficia auget, non minuit. At fiscalia tamen præbeant, et honorent præsidēs, ac vicissim honorentur ab eis. Qui hanc constitutionem violavit, aut violari permiserit quinquaginta librarum auri multam sustinet.

2. Imp. Dioclet. et Maxim. AA. et CC.

Non alios a muneribus et honoribus, vacationem habere, quam qui mancipatum suo nomine vectigal a fisco conducunt, certum est. Quare eos, qui ab his quedam exercenda accipiunt, nullis privilegiis esse munitos haud dubii juris est.

TIT. LVI.

DE LIBERTINIS.

1. Imp. Dioclet. et Maxim. AA. et CC. Bucillo.

Conditio libertinitatis¹ de muneribus civilibus tribuere non potest excusationem: nec in ea quidem civitate, ubi domicilium libertinus habet.

TIT. LVII.

DE INFAMIBUS¹.

1. Imp. Dioclet. et Maxim. AA.

Infames² personæ licet nullis honoribus qui integræ dignitatis hominibus deferri solent, uti possint: curialium tamen vel civilium munerum³ vacationem non habent, sed solennibus indictionibus ob tutelam publicam eos satisfacere necesse est.

TIT. LVIII.

DE REIS POSTULATIS.

1. Imp. Alexander A. Martiano.

Reos¹ criminis postulos, novos honores appetere non debere, antequam purgaverint innocentiam² suam, et a divis parentibus nostris, et a me sæpe rescriptum est.—Dat. 6 kal. Mart. Maximo et Æliano Cons. 234.

TIT. LV. — 1. Adde L. 8, § 1, D. de vacat. et excus. muner.
TIT. LVI. — 1. L. 17, in pr. D. ad municip.

TIT. LVII. — 1. Lib. 2, tit. 12, supr.; lib. 3, D. 2. — 2. L. 1, supr. de his qui non implet; L. 3, infr. de re milit. — 3. L. 12, supr. de decurion.

TIT. LVIII. — 1. L. 17, § 12; L. 21, § 8, D. ad municip.; L. 7, D. de muner. — 2. L. 1, supr. de his qui accusant.

TIT. LIX. — 1. L. 2, in pr. vers. alia causa; L. 3, § 1; L. 5, D. de decur.; L. 5, supr. ex quib. caus. infam.; L. 15, § 1, D. de leg. Conu. de fals.; L. 8, in fin. D. de postul.

TIT. LIX.

DE HIS, QUI IN EXILIUM DATI VEL AB ORDINE MOTI [SUNT].

1. Imp. M. Antoninus A. Diogeni.

Quibus posthac ordini suo, vel advocacioni ad tempus interdicetur, post¹ impletum temporis spatium non prorogabitur infamia.

2. Imp. Gordianus A.

Ad tempus exulare decurio jussus, et impleto tempore regressus, pristinam quidem recipit dignitatem: ad novos vero honores non admittitur, nisi tanto tempore his abstinuerit, quanto per fugam abfuit.

TIT. LX.

DE FILIISFAMILIAS, ET QUEMADMODUM¹ PRO HIS PATER TENEATUR.

1. Imp. Severus et Antoninus AA.

Patrem emancipato filio consentientem ad decurionatum non teneri, dubii juris non est: tunc enim consentiendo pater ad decurionatum obligatur, si filium in potestate habeat. * Consentire autem etiam is videtur, qui² non testificatur dissentire nominationi.

2. Imp. Antoninus A.

Cum appellasse te dicas, ostendis causam ad te³ pertinere; potueras enim nominato filio tantum contestari, et non consentire oneri ei delato.

3. Imp. Dioclet. et Maxim. AA. et CC.

Si [hi] qui cum patre ad protostasiæ⁴ munus⁵ vocati sunt, etiam nunc, in patria potestate constituti sunt, ab hujusmodi necessitatibus liberentur, cum⁶ ex eadem familia hoc modo duos ad ista obsequia destinari periniquum videatur. Sane eos, quos emancipatos esse, atque ex familia exisse manifestum est, sine cunctatione retinere debebis.

4. Idem, AA. et CC. Alexandro.

Sine periculo tuo magistratus filium tuum curatorem constituit, nec appellandi tibi necessitas incumbat. Sane nominator⁷ qui filium in potestate positum non consentiente patre ad munus devocavit, si tamen ex voluntate tua antea filius decurio factus non erat, detrimento muneris obligabitur.

TIT. LXI.

DE PERICULO SUCCESSORUM PARENTIS.

1. Imp. Alexander A.

Si de proprio suo patrimonio muneris editionem tuo nomine [pater tuus] repromisit, ideoque etiam sacerdotem te creati impetravit, onus erogationis¹ commune omnium heredum ejus esse præses provincie non ignorabit.

TIT. LXII.

DE MULIERIBUS, ET IN QUO LOCO MUNERA SEXUI CONGRUENTIA, VEL HONORES AGNOSCANT.

1. Imp. Philippus A.

Eam, quæ aliunde oriunda, alibi nupta est: si non in urbe Roma¹ maritus ejus consistat, non apud originem suam², sed apud incolatum mariti ad honores seu munera, quæ³ personis coherent, quorumque is sexus capax esse potest, compelli posse, sæpe rescriptum est. Patrimonio vero munera necesse⁴ est mulieres in his locis, in quibus possident, sustinere.

TIT. LX. — 1. Lib. 4, tit. 15, supr. — 2. L. 1, pr. D. ad municip. — 3. Immo vide L. 6, § 4, D. de decurion. — 4. L. 8, supr. de muner. patrim. — 5. L. 1, in pr. supr. de muner. et honor. — 6. Fac. L. 4, § 1, D. de excus. — 7. L. 14, § 4, D. de munerib.; L. 5, supr. de decurion.

TIT. LXI. — 1. L. 1, § 16, D. de collatione.

TIT. LXII. — 1. Lib. 9, D. de vacat. et excus. muner.; L. 55, D. ad municip.; L. ult. D. de interd. et releg.; L. 17, D. de statu homin. — 2. L. ult. § 3, D. ad municip. — 3. L. 5, supr. de his qui nom. lib. — 4. L. 9, supr. de muner. patrim.

T

de Tabulariis, Scribis, Logographis. pag. 670. lib. 16. tit. 69.

de Tabulis exhibendis. 525. * 8. 7.

de Temporibus et reparacionibus appell. 508. * 7. 63.

———— in integrum restitutionis. 154. * 2. 53.

de Testamentaria manumissione 455. * 7. 2.

———— tucla. 328. * 5. 28.

de Testamentis. 586. * 6. 25.

de Testamento militis. 581. * 6. 24.

de Testibus. 226. * 4. 20.

de Thesauris. 656. * 10. 15.

de Tractoris et stativis. 757. * 19. 52.

de Transactionibus. 117. * 2. 4.

de Tutore vel Curat. qui satis non dedit. 341. * 5. 42.

de Tutoribus vel Curatoribus illustr. 552. * 5. 55.

de Tyronibus. 751. * 42. 41.

T

- de Tabulariis, Scribis, Logographis. pag. 670. lib. 10. tit. 69.
 de Tabulis exhibendis. 525. * 8. 7.
 de Temporibus et reparationibus appell. 508. * 7. 63.
 ——— in integrum restitutionis. 154. * 2. 83.
 de Testamentaria manuissione 455. * 7. 2.
 ——— tutela. 528. * 5. 28.
 de Testamentis. 386. * 6. 23.
 de Testamento militis. 581. * 6. 24.
 de Testibus. 226. * 4. 20.
 de Thesauris. 656. * 10. 15.
 de Tractoriis et stativis. 787. * 12. 52.
 de Transactionibus. 117. * 2. 4.
 de Tutore vel Curat. qui satis non dedit. 341. * 8. 42.
 de Tutoribus vel Curatoribus Illustr. 352. * 8. 33.
 de Tyronibus. 784. * 12. 44.

TIT. LXIII.

DE LEGATIONIBUS.

1. Imp. VALERIANUS et GALLIENUS AA.

Pater trium² incolium liberorum legationibus publicis liberatur.

2. *Idem*, AA. et VALERIANUS C.

Cum vos proprio nomine⁵ sumptus ob defensionem publicam suscepseritis, id, quod ad proprias erogationes collega vester acceperit, non vobis reddere heredes ejus oportet, sed si in ea causa est, ut restitui omnino oporteat, reipub. debent potius inferre. Sane si honorariis advocatorum erat ea quantitas destinata, restitui illud vobis, qui hoc praestaturi estis, non injuria postulatis. Eum autem collegam vestrum, quem a defensione patriae⁴ destitisse dicitis, apud provinciae praesidem desertae legationis arguere potestis.

3. Imp. DIOCLET. et MAXIM. AA.

Transmarina legatione apud nos perfunctos, constitutum est biennii³ vacationem numerum civilium et honorum habere, non eos, qui de proximo obsequium reipublicae videntur exhibuisse.

4. Imp. CONSTANTIUS et CONSTANS AA. ad Titianum.

Universi omnino ex comitibus, vel ex praesidibus qui suffragio percepert dignitates, civilibus oneribus muneribusque teneantur adstricti: ne commoda publica cum umbratili suffragiorum pactione lacerentur. Eos tamen a praedictis oneribus excipi oportebit, qui in legationibus publicis versati sunt. — Dat. prid. kal. Jul. *Trium.*, PLACIDO et ROMULO COSS. 345.

5. Imp. THEOD., ARCAD. et HONOR. AAA. Apodemio P. P. per Illyricum.

Si quod extraordinarium consilium postulatur⁶ cum vel ad nos est mitanda legatio, vel nostrae sedi aliquid intimandum: id, quod inter omnes communi consilio tractatuque convenerit, minime⁷ in examen cognitoris ordinarii referatur. Provincialium enim desideria, quibus necessaria saepe fortuitis [casibus] remedia deposcuntur, vobis agnoscere atque explorare permittimus: ut sint examinis tui, quae ex his auxilio tuo protinus implenda sint, et quae clementiae nostrae auribus intimanda videantur. In loco autem publico de communi utilitate [provincialium] sententia proferatur: atque id, quod majoris⁸ partis probaverit adsensus, solennis firmet auctoritas. — Dat. 5 kal. Aug. *Constantinop.*, ARCAD. A. 2 et RUFINO COSS. 592.

6. Imp. HONOR. et THEOD. AA. Monaxio P. P.

Quotiens⁹ [ab Alexandrina civitate] legatio destinatur, universos curiales praecipimus, qui intra urbem consistunt, si non aegritudine vel alia excusabili necessitate impediuntur, in locum curiae convenire, et decreta sua propria subscriptione firmata viro spectabili praefecto Augustali insinuare, ut ejus relatione comitati, tuis virtutibus suas petitiones intiment: et sub examine tuo perpensa legatione res ordinetur. — Dat. 3 non. octobr. *Constantinop.*, DN. THEOD. A. 7 et PALLADIO V. C. COSS. 416.

TIT. LXIV.

DE EXCUSATIONIBUS ARTIFICUM.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Maximum.

Artifices artium brevi subito comprehensarum, per singulas civitates morantes, ab universis muneribus vacare praecipimus: si quidem in descendendis artibus otium sit accommodandum: quo magis cupiant et ipsi peritiores fieri, et suos filios erudire. — Dat. 4 non. August. FELICIANO et TITIANO COSS. 557.

Et notitia⁴ est ista.

Architecti, medici, pictores, statuarii, marmorarii, lecticarii, seu arcarii, clavicarii, quadrigarii, vel quadratarii, (quos graeco vocabulo πικτάς appellant) struc.ores, (id est, aedificatores) sculptores ligni, musearii, deauratores, albini, (quos Graeci χρυσάτας appellant) argentarii, barbaricarii, diatretarii, avarii, fusores, signarii, fabricarii, bracharii, paricarii, atque libratores, figuli, (qui graece dicuntur

TIT. LXIII. — 1. Lib. 10. D. 7. — 2. L. 1. supr. qui num. liberor. — 3. L. 2. in fin. D. h. t. L. 7. § 2. D. quod cuiuscunque univers. — 4. L. 1. D. h. t. — 5. L. 2. supr. de muner. non continuand. L. 8. § 1. L. 13. D. h. t. — 6. *Adde* L. 6. infr. h. t. — 7. *Immo vide* L. 10. supr. de muner. potrim. — 8. *Fac.* L. 19. D. ad mun. cip. — 9. L. 5. in pr. supr. h. t.
 Tit. LXIV. — 1. Lib. 2. infr. h. t. L. 5. § 12. L. 6. D. de iure immun. — 2. L. ult. in fin. D. d. l. de iure immun. — 3. L. 1. § architecti. supr. h. t.
 Tit. LXV. — 1. Lib. 46. supr. L. 7. D. de decur.

χαρτυλίς) aurifices, vivarii, plumbarii, specularii, eborarii, pell. ones², fullnes, carpentarii, sculptores, dealbatores, cusores, trigarii, cisiarii, bractearii, (id est, πεταλοεργαί.)

2. Imp. CONSTANT. et CONSTANS ad Leontium P. P.

Mechanicos, geometras, et architectos³, qui divisiones partium omnium, incisionesque servant, mensurisque et institutis opera fabricationibus stringunt: et eos, qui aquarum ductus, et inventos modos docili libratione ostendunt, in par studium docendi atque discendi nostro sermone compellimus. Itaque immunitatibus gaudeant, et suscipiant docendos, qui docere sufficiunt. — Dat. prid. non. Jul. LEONTIO et SALLUSTIO COSS. 344.

TIT. LXV.

DE POTIORIBUS AD MUNERA NOMINANDIS.

1. Imp. ANTONINUS A.

Si ipse vocatus ad munera civilia: potiozem alium nominandum putaveris, age causam tuam.

TIT. LXVI.

SI PROPTER INIMICITIAS CREATIO FACTA SIT.

1. Imp. ALEXANDER A.

Si⁴ propter inimicitias ad munera civilia creatus es, hanc tibi nominationem non nocere, praesidis equitas faciet: cum et publicae utilitatis intersit, non ex inimicitia creationes fieri debere, sed astimatione vera, et commodo reipublicae.

TIT. LXVII.

DE SUMPTUUM RECUPERATIONE.

1. Imp. GORDIANUS A.

Muneribus civilibus non fungeris, quae personis mandantur, si quinque⁴ filios incolumes habeas: at si contra id privilegium ad munus fatigandi tui causa, quidam te devoverint, tuque appellatione interposita securitatem reportaveris, a nominatoribus² sumptus, quos in litem feceris, recuperabis.

TIT. LXVIII.

SI POST CREATIONEM QUIS DECESSERIT.

1. Imp. GORDIANUS A.*

Si ante diem subeundi honoris atque muneris pater tuus defunctus est conveniri eo nomine haeredes⁴ ejus non oportere, praeses provinciae minime ambiget.

TIT. LXIX.

DE TABULARIIS, SCRIBIS, LOGOGRAPHIS, ET CENSUALIBUS¹.

1. Imp. ALEXANDER.

Nulli omnino ex tabulariis, vel scribis, vel logographis, eorumque filiis, in quocunque officio militent, sed ex omnibus officiis, nec non etiam si intra nostrum palatium militent, necdum impleto quinquennio reperti et retracti, protinus officiis municipalibus reddantur. — Dat. 8 kalend. Jul. LAURIANO, MARCELLINO et PROBINO COSS. 541.

2. Imp. GORDIANUS A.

Quicumque decurionum sponte se censuali ministerio mancipaverit, conditionem habeat, quam ipse elegerit, depositurus sui ordinis penitus

TIT. LXVI. — 1. Lib. 6. § 17. D. § 11. Inst. de excus. L. 1. § 1. D. de vaes. et excus. muner.
 Tit. LXVII. — 1. L. 4. in pr. D. de muner. — 2. L. 2. supr. de decur. L. 1. in fin. D. si tut. vel cur.
 Tit. LXVIII. — 1. L. 1. supr. de decur.
 Tit. LXIX. — 1. L. 1. ult. § 19. D. de muner.